

**Aboa exultans dum doctori
medico celeberrimo &
experientissimo dn. Nicolao
V...**

Laurbecchius, Carolus Petri

1700-1829 81 Cbza 1701 Vallerius



National Library
of Sweden

ABOAE EXULTANS

Dum

Doctōri Medico

Celeberrimo & Experientissimo,

DN. NICOLA O
VALLERIO,

Ad tenorem Regiarum Literarum
& Constitutionum, in Regiâ ad Auram,
Professio Medicinæ,

Sollemni pompa & Societatis Acad. unanimi gratulatione,
Anno MDCCI, die 12 mensis Februarii,
traderetur;

Denuò felix censei poterat.


Quod simplici crena persequutus est,

AMPLISS: DOCTORI

addictissimus

CAR: LAURB:





Er felix Solem splendens vidit Aboa,

Musas quando sacras sensit adesse sibi,

Nec justâ poterit facile hæc agnoscere mente,

Quas sibi concessit, tunc DEUS ipse vices.

Bis lex Lustra fluunt, hæc postquam gloria terris

Contigit Auraicis, commoda magna trahens.

Sic rara explicuit lætam Sapientia frontem

Sub Boreâ, quamvis dura subindè ferat.

Sic mens dura satis, quâ gens hæc aspera quondam

Horruit; est multis condocesfacta modis.

Ter

Terris his fulsit nova Lux preciosior auro,
Quâ mera barbaries, mentis & umbra pe-
fit;

Ut primùm ingeniis Clari, notiquè per orbem,
Abodicas satagunt erudisse domos.

Perque hos, quæ meritò dicta est fera natio
quondam,

Ecce domi & foris jam benè culta nitet.
Et Tibi debemus, celebris Ostgothia, laudes

Præcipuas, ætas quas quoque mente geret;
Quod sveta es semper, celebres transmittere
nostris

Musis Doctores, quos alis ipsa tibi.
Ante quater denos annos, faciente favore
Cœlesti, Binis indole & arte Viris
Grandibus ornasti Nos, quæis data cura docendi,
Commeruit grates egregiumque decus.

Tertius interea superest, qui dogmata Juris
Doctrinâ multâ, pandit & ore gravi.
Jam verò dum Quartus eadem ex gente, per-
amplus

Procedit Doctor, Flosquè chori medici.

Dul-

Dulcisono cantent latantes gutture Musæ
Auricæ, & læto pectore læta sonent.
Sit Felix Tempus munus grave quando capessis,
Mæcenæ, adsint prospera fata Tibi!
Semper Te fugiant adverſæ incommoda sortis,
Quo lætus semper sis, vigeasque diu!
Nunc agite O Cives sincerè optemus ubiquè:
Vivat! sit Nobis sit Medicus Sibi!

